

## L'Arte degli Orefici a Bologna nei sec. XIII e XIV

(Continuazione e fine)

### Estratto del primo Statuto degli Orefici (1288)

Ad illius honorem et nomen excellentissimum Jesu Christi qui carnem suscepit de utero virginali incorruptam, Beatorumque Apostolorum Petri apostoli et Pauli apostoli <sup>(1)</sup> atque Dominici confessoris, ad honorem commodum et utilitatem civitatis et populi Bononie et dominorum potestatis et capitanei populi et comunis predicti qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, facta sunt statuta et ordinamenta per aurifices, et aprobata et confirmata per dictum membrum <sup>(2)</sup> quod est membrum generalis societatis fabrorum <sup>(3)</sup>, tempore dominorum Jacobi condam Salvi et Francischi procuratores dicti membri, salvis semper statutis comunis et populi Bononie, et statutis et reformationibus generalis societatis fabrorum civitatis Bononie.

I. - Statuimus et ordinamus quod quilibet aurifex qui laboraverit in civitate Bononie et districtu teneatur laborare et laborari facere argentum ad ligam de bononinis grossis, et aurum de XIII caratis ad minus. Et qui contrafecerit solvat pro banno X sol. bon. pro qualibet vice et pro quolibet opere; si dictum opus ponderaverit unum quarterium vel minus, quantumcumque ponderaverit minus uno quarterio; si vero ponderaverit ultra unum quarterium, solvat pro banno XX sol. bon. et frangatur et totum opus. Et si vel minus, quantumcumque ponderaverit minus uno quarterio; qui laboraverit vel laborari fecerit aurum de minus XIII caratis et argentum deterius de bononino grosso scilicet operatum, solvat pro banno X sol. bon. pro qualibet vice et quolibet opere; si dictum opus ponderaverit unum quarterium vel minus, quantumcumque ponderaverit minus uno quarterio; si vero ponderaverit ultra unum quarterium, solvat pro banno XX sol. bon. et frangatur totum opus nisi fuerit opus fratrum. Et istud intelligimus ad thocas societatis aurificum. Et quod nullus aurifex possit nec debeat alligari cum rammo blanco nec otone, in banno XX sol. bon. Et dictum statutum sit precisum et precise debeat observari in qualibet parte sui.

<sup>(1)</sup> apostoli cancellato.

<sup>(2)</sup> Nel mss. si trova costantemente ripetuta la forma « vembrum » per « membrum », scritto su rasura.

<sup>(3)</sup> quod.. fabrorum aggiunto in margine.

IV. - Item statuimus et ordinamus quod nullus aurifex possit nec debeat tenere stationes suas apertas nec ostia dictarum stationum, nec vendere seu vendi facere ad domum suam modo aliquo vel ingenio per se vel alium in diebus dominicis nec in festivitibus dictorum XII apostolorum et quatuor evangelistarum, nec in festivitibus sancte Marie Virginis, nec in veneri sancto, nec in festo sancti Ale quod est in estate. Et qui contrafecerit solvat nomine banni X sol. bon. Et dictum statutum non debeat celebrari nec tenere a nativitate Domini usque ad carnasprivium (sic), nec laborare nec laborari facere et opera sanitatum in die veneri sancto et apostolorum, illud non in statione aperta (sic).

VI. - Iuro ego qui sum massarium et procurator artis aurificum atendere et observare omnia statuta et reformationes que sunt et fuerint in dicta arte, et atendi faciam omnibus sociis meis ad meum posse, et exigam banna et condempnationes factas sive impositas meo tempore vel alterius bona fide, in banno X sol. bon. Item exigam et recuperabo omnes denarios introhitus ab illis qui de cetero intraverint in dictam societatem aurificum ad terminum eis datum vel constitutum ad meum posse. Et si hoc non fecero solvam dictos denarios de mea bursa. Salvis semper statutis et reformationibus generalis societatis fabrorum et specialiter statutis vel ordinamentis generalis societatis fabrorum, quo cavetur quod ministrales qui pro tempore fuerint teneantur inquirere et videre omnia statuta et reformationes singularium societatum totius artis fabrarie ad minus semel per tempus eorum. Et illa statuta et reformationes possint emendare et corrigere addendo et detrahendo et cetera quod statuta observare iurant.

VII. <sup>(1)</sup> - Item statuimus et ordinamus quod si aliquis de dicta societate per se vel alium aliquo modo [non] observaret vel contraveniret statuta et ordinamenta societatis, et condempnationes factas per procuratores et syndicos dicte societatis et preceptis factis per procuratores vel syndicos <sup>(2)</sup> dicte societatis vel alteri eorum ex quacumque de causa, et iret vel mitteret coram dominis potestati vel capitaneo vel aliquo ex eius familia vel aliquo officiali comunis Bononie ecclesiastico vel seculari, causa plitigare vel litigare cum procuratoribus qui nunc sunt vel pro tempore erunt, si casus eveniret tunc ministrales seu procuratores dicte societatis possint et

<sup>(1)</sup> Tutto questo capitolo è annullato con righe trasversali, e in margine si legge « cassatus et cancellatus ».

<sup>(2)</sup> Vel syndicos cancellato.

debeant accipere libere expedite ad eorum arbitrium et voluntatem, auctoritate dicte societatis, iudices et notarium et syndicos quociens fuerit oportumum in augendo et deffendendo iura dicte societatis et dictam societatem et sallarium predictis ordinamentis. Et quod omnes impense expense que facte fuerint et permisse in iudicio et extra per predictos procuratores dicte societatis ille vel illi cuius causa facte essent vel fieri oporteret aut permisse essent, reficere et restituere de suo proprio avere et pecunia teneatur, et nichilominus solvere condempnationes et stare mandatis procuratoris dicte societatis. Et sit precisum, solvendo semper penam dupli condempnationis et precepti.

VIII. - Item statuimus et ordinamus quod aliquis de dicto membro non debeat deaurare vel deaurari facere aliquam massamutinam sive besantium de rammo vel metallo. Et qui contra fecerit solvat nomine banni XX sol. bon. pro qualibet moneta seu <sup>(1)</sup> pro quolibet denario et pro qualibet vice. Et quod nemo possit deaurare vel deaurari facere aliquam incantam nisi fuerit de argento, et illam debeat deaurare ab una parte tantum et ab alia non debeat esse deaurata, et predictae monete debeant esse forate.

XI. - Item statuimus et ordinamus quod procuratores aurificum teneantur et debeant videre et ponderare marchos et balantias omnium de dicta arte aurificum, si essent iusti ad marchum dicto membro aurificum quod est penes massarium membri aurificum. Et si reperiretur aliquem (sic) sociorum nostrorum non iustum marchum et balantias habere, condempnetur per procuratores in III <sup>(2)</sup> sol. bon. pro qualibet vice. Nec massarius debeat ponderare cum dicto marchu membri nisi ponderando marchos, nec dimitti ponderare. Et hoc debeat fieri semel pro eorum tempore et plus si videbitur procuratoribus.

XII. - Item statuimus et ordinamus quod aliquis de membro non debeat blasemare sive petere aliquem mercatum ante stationem allicuius de dicto membro, set (sic) recedat et debeat dimittere mercadari illi cuius est statio, nec aliquod signum facere, nec vocare, nec aliquod simile mostrare. Et qui contra fecerit solvat nomine banni pro qualibet vice III <sup>(2)</sup> sol. bon. nisi fuerit de voluntate illorum ad cuius stationes erunt.

<sup>(1)</sup> sue nel mss.

<sup>(2)</sup> Nel mss. si vede X cancellato e corretto in III.

XIII. - Item statuimus et ordinamus quod aliquis de dicto membro non debeat blaxemare laborerium aliquod quod factum esset per aliquem de societate, in banno V sol. bon. pro qualibet vice, excepta quam de falsitate blasmare cum veritate et laudare.

XIV. - Item statuimus et ordinamus quod aliquis de dicto membro non debeat aliqua verba iniuriosa alicui procuratori membri dicere, nec vetare eis vel nuncio membri pignus, si vellet ipsum vel ipsos pignorare pro membro, in banno V <sup>(1)</sup> sol bon. pro qualibet vice.

XVI <sup>(2)</sup> - Item statuimus et ordinamus quod quilibet magister qui est de societate aurificum qui tenet stationem in civitate Bononie possit tenere secum in sua statione quatuor inter laboratores et discipulos, scilicet duos discipulos et alios laboratores et non plures. Si vero duo essent magistri in una statione socii, possint tenere adinvicem inter discipulos et laboratores, scilicet duos discipulos et alios laboratores, secundum formam statutorum societatis fabrorum et non plures. Et quod quilibet ex dictis magistris teneatur per sacramentum illum vel illos quos acceperit ad adiscendum artem aurificatus facere aprobari per procuratores et ministrales dicte artis et per consilium ministrarium <sup>(3)</sup>, dicte artis; illum vel illos discipulos sic aprobatos quos acceperint in sua statione possint tenere secum in sua statione ad predictam artem adiscendam, faciendo sibi fieri instrumentum artem per quinquenium serviendi expensis dicti discipuli vel discipulorum, dando quilibet discipulus cuilibet magistro duos capones et duas fogatias pro quolibet anno quo steterint ad artem serviendam, in nativitate Domini nostri Jesu Christi. Et si aliquis ex dictis magistris convenire volluerit cum aliquo vel aliquibus discipulis sic aprobatis de eis tenendis suis expensis, possint convenire cum dictis discipulis in septem annis et non minus, quas expensas faciant magistri. Que instrumenta fiant et fieri debeant per notarium dicte artis et non per alium notarium, infra octo dies postquam tales discipuli vel talis discipulus sic fuerit aprobatas. Et qui contra fecerit solvat pro banno et nomine banni pro quolibet magistro, discipulo et pro quolibet laboratore et qualibet vice XX sol. bon. quociens contra factum fuerit. Salvo quod in numero dictorum discipulorum laboratorum non intelligantur filii vel fratres illorum qui sunt

<sup>(1)</sup> Nel mss. si vede X cancellato e corretto in V.

<sup>(2)</sup> Tutto questo capitolo nel mss. è cancellato con righe trasversali e in margine è scritto « cassatus ».

<sup>(3)</sup> ministrarium è cancellato.

de dicta societate aurificum et qui operantur fuxina per se. Item quod nullus magister aurifes de dicta societate possit nec debeat acipere aliquem disipulum ad adisendam artem aurificatus qui sit minor... (¹) maior XIII annis. Et qui contra fecerit puniatur secundum quod superius continetur, scilicet XX sol. bon. pro quolibet et qualibet vice qua contrafaciet, insuper dictus disipulus sit cassum (sic) et non debeat recipi ad artem predictam.

XVII. - Item providerunt et ordinaverunt quod due matricule fiant de novo per dictum membrum, una quarum sit ligata in libro statutorum dicti membri, et alia stet apud unum bonum hominem de membro, et vadat ad tria brevia singulis sex mensibus quando ellectio (sic) procuratorum fiet, ita quod due ex dictis ellecti sint in concordia ad minus. Et ille qui ellectus fuerit ipsam tenere debeat per sex menses (sic), et omnes illi qui intraverint in dicto membro scribantur per notarium dicti membri in dictis matriculis, et ille vel illi qui scripti non erunt in dictis matriculis non habeantur pro sociis.

XVIII. - Ad reverentiam Dei et eius matris Virginis Marie et ad augmentum et bonum statum dicti membri, et etiam ad reverentiam sancti Ale, statuimus et ordinamus quod procuratores et massarius dicti membri qui nunc est vel pro tempore fuerit, quolibet mense faciat canere missam et offerat VI den. bon. et faciat fieri unam fogatinam (sic) de alba farina pro benedictione dividenda et danda inter socios qui fuerint ad dictam missam, precii duorum sol. bon. de bonis dicte societatis (²). Et hoc fieri debeat in ultima dominica cuiuslibet mensis, et unum doplerium et duo cerea precii XX sol. den. bon. emantur causa coburendi (sic) ad dictam missam de bonis dicti membri.

XIX. - Item statuimus quod procuratores dicti membri qui nunc sunt vel pro tempore fuerint debeant habere unum notarium pro scripturis dicti membri faciendis, et unum nuntium, et habeat notarius pro scripturis dicti membri X sol. bon. et nuntius V sol. bon. in VI mensibus pro eorum feudo et sallario, et predicti procuratores possint acipere notarium et nuntium quoscumque voluerint tam presentes quam futuri procuratores.

XXI. - Item statuimus et ordinamus quod quilibet est de dicto membro et pro tempore fuerit teneatur denunciare et acusare procuratoribus qui nunc

(¹) In bianco nel mss.

(²) societatis è stato cancellato con rasura e non corretto.

sunt et pro tempore fuerint si siverit aliquem vel aliquos facere contra statuta et ordinamenta dicti membri, et dicti procuratores teneant ipsum vel ipsos ad credentiam.

XXV. - Item statuimus et ordinamus quod si aliquis de membro vel aliquis alius furaret alicui de membro aurum vel argentum nec aliquid masaraticum quod spetet ad artem aurificum, et ille cui aceperit vel furatum fuerit poterit illum furtum legitime ostendere quod ille vel illi qui facerent dictum furtum (sic). Quod nullus de dicto membro debeat ipsum vel ipsos tenere in sua statione nec esse suus socius nec tenere eum pro disipulo nec dare ei ad laborandum nec emere ab eo nec vendere ei nec facere secum aliquam negociationem, in pena et banno C sol. bon. Et si ille cui factum fuerit furtum non denuntiet illum, sit condempnatus XX sol. bon.

XXIX. - Item statuimus et ordinamus quod nullus forensis possit exercere artem aurificatus (!) in civitate Bononie vel districtu nisi primo intraverit in dicto membro aurificum solvendo quilibet si fuerit civis V (¹) sol. bon. pro introhitu dicte societatis massario dicte societatis aurificum. Si vero fuerit forensis, solvat massario dicti membri decem soldos bon. (²) serviendo etiam arti per V annos et intrando societatem fabrorum si ipsa societas voluerit eum vel eos recipere. Et si aliquis predictam artem aurificum exercuerit in civitate Bononie vel districtu aut exercere volluerit, et contempserit intrare in dicta societate aurificum supradicto modo, tunc procuratores et ministrales dicte societatis possint expendere de avere dicte societatis litigando et causando cum illo vel illis qui intrare dictam societatem noluerint. Item quod nullus de dicta societate aurificum possit dare modo aliquo alicui qui non serviverit artem per V annos feudum aliquid per se vel per alium, nec aliquam societatem secum contrahere que pertineat ad dictam artem, sub pena et banno XX sol. bon. pro quolibet et qualibet vice qua contrafecerit, medietas cuius banni sit accusantis et alia societatis predicte. Insuper societas quam secum contrasserit et feudum quod sibi promiserit aut dederit pro cassa et casso irita et irito habeantur, salvo quod filii illorum qui sunt de dicta societate aurificum non teneantur aliquid solvere nec dare pro introhitu dicte societatis, et fratres illorum qui sunt de dicta societate aurificum teneantur solvere pro introhitu societatis XL sol. bon.

(¹) Nel mss. si vede C annullato e corretto in soprilinea in V.

(²) La stessa mano che ha corretto C in V ha corretto libr. in sold.

Da questo punto alla fine quest'articolo è stato annullato.

XXX (¹) - Item statuimus et ordinamus, quod nullus magister artis aurificatus possit tenere ad stationem vel ad domum suam aliquam mulierem ad exercendum artem aurificatus deinceps, nisi fuerit de eius familia, et dicte mulieres que hinc retro sunt et confuerunt (sic) ad dictam artem aurificatus debeant computari in numero discipulorum. Qui contrafecerit solvat pro banno et nomine banni pro quolibet et qualibet vice XX sol. bon.

XXXI. - Item statuimus et ordinamus quod procuratores et ministrales qui nunc sunt et pro tempore erunt, ad honorem Domini nostri Jesu Christi et Beati Ale possint expendere de avere membri XX sol. bon. emendo unum duplerium et duos cereos causa offerendi ad festum Beati Ale. Et quod procuratores et ministrales cum consilio membri aurificum vel maioris partis dicti consilii possint expendere de avere membri in festo Beati Ale in uno convivio IIII lib. bon.

XXXIV - Item statuimus et ordinamus quod nullus de dicto membro aurificum modo aliquo vel ingenio audeat vel presumat facere vel vendere fublitas stampitas vel getatas de otone cum specheto argenti, vel eas abigolare (¹) cum clodis argenti, nec miscere cum eis aliquid argenti. Et qui contrafecerit puniatur pro quolibet et qualibet vice in XX sol. bon.

XXXV (¹) - Item statuimus et ordinamus quod nullus laborator qui spetet ad artem aurificatus possit vel presumat modo aliquo vel ingenio laborare vel laborerium facere cum aliquo magistro super se vel per se nisi primo intraverit in dicta societate aurificum, vel se aponat cum magistro ad annum si voluerit in societate predicta. Et quod nullus magister dicte artis possit modo aliquo vel ingenio tenere aliquem dictorum discipulorum nec dare eis ad laborandum, nisi primo prestaverit securitatem vel intraverit in dicta societate. Et qui contra fecerit puniatur pro qualibet vice qua contra fecerit in XX sol. bon. et nichominus (sic) teneatur eos expellere.

XXXVI. - Item statuimus et ordinamus quod nullus magister possit tenere aliquem discipulum qui consueverit stare cum aliquo magistro dicti membri, nisi primo requisiverit illum magistro cum quo consueverat stare, si dictus magister volluerit dictum discipulum vel laboratorem tenere. Et tunc ille magister non debeat ipsum petere vel requirere nisi de voluntate illius magistri cum quo consueverat stare. Et si dictus discipulus diceret vel dici faceret

(¹) Questo capitolo è completamente annullato e in margine si legge cassatus.

quod dicitur magister malitiaret eum, tunc ministrales habeant et habere debeant plenum arbitrium providendi id quod videbitur eis legitimum. Et qui contrafecerit puniatur pro qualibet vice in X (¹) sol. bon.

XXXVII. - Item statuimus quod nullus magister de membro aurificum possit habere aliquem socium extra stationem in civitate Bononie nisi fuerit socius de omnibus negotiis sive laboreris spetantibus ad artem, vel nisi continuo moretur cum dicto magistro in statione, ut moris est inter socios membri habere et contrahere. Et qui contrafecerit puniatur pro qualibet vice in X (¹) sol. bon. Et nichilominus non valeat societas quam fecissent in simul. Et si essent plus quam duo socii in una statione non possint habere ultra numerum sex discipulorum.

XXXIX. - Item statuimus et ordinamus quod nullus aurifex de civitate Bononie possit modo aliquo vel ingenio vendere vel vendi facere vel in sua statione tenere aliquem lapidem contrafactum qui sit ligatum in anulo auri. Et qui contrafecerit puniatur pro qualibet vice qua vendiderit in C sol. bon. et pro qualibet vice qua inventum fuerit tenere in statione in XX sol. bon.

XL (²) - Item statuimus et ordinamus quod si aliquis magister forensis qui voluerit laborare in civitate Bononie de opere anellorum debeat et possit laborare in dicta hoc modo sive (³) pacto et conditione (⁴), scilicet quod non debeat acipere de anulo auri asque testas ultra quantitatem duorum sol. bon. pro quolibet, et si habeat testas non possit acipere ultra quantitatem trium sol. bon. pro quolibet. Si vero fuerit safiriti vel smeraldi parvi, decem et octo denarios debeat acipere pro anulo, si fuerit de valimento XX sol. bon. vel minus.

Millesimo ducesimo octuagesimo octavo, indictione prima, die sesto-decimo novembris.

Congregato consilio societatis fabrorum una cum ministrilibus ipsius societatis more solito super domo ipsius societatis per nuntium dicte societatis, placuit omnibus dicti consilii, nemine discordante, quod dicta banna et pene que diminute sunt ita diminute sint. Et quod dicta statuta seu pars alicuius

(¹) XX corretto in soprilinea in X.

(²) Il capitolo è annullato con righe trasversali e in margine si legge cassatus.

(³) sive aggiunto in soprilinea.

(⁴) conditione cancellato con una riga sopra.

eorum que cancellata sunt et cassata ita cancellata et cassata sint, et sic haberi et teneri debeant et cancellari et diminui debere. Et alia statuta que remanserunt sic aprobaverunt et aprobata fuerunt per ipsum consilium, facto partito da sedendo ad levandum, per dominum Andream ministralem, de voluntate aliorum ministrorum de quolibet statutorum predictorum per se. Et quod in omnibus locis ubi dicit societas dicat membrum, et ubi additum est, ita pro addito habeatur.

Presentibus domino Albertino de Plastellis et Guilielmo Granelli testibus.

Et ego Blaxius Ubaldini de Stiglatico notarius de voluntate dictorum ministrorum et consilii ita hic scripsi ss. ss.

*Signum Tabellionis.* - Et ego Blaxius Ubaldini de Stiglatico notarius generalis societatis fabrorum dicta statuta exemplavi de mandato tocius dicte societatis consilii et ministrorum, et ideo me subscripsi ss. ss.

In annis Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, Indictione prima.

### Matricola della Società degli Orefici di Bologna anno 1298

(Fascicolo membranaceo mm. 300 × 440)

F. I-A:

#### AURIFICUM

Hec est matricula nominum hominum societatis Aurificum civitatis Bononie, facta tempore Nobillium Virorum domini Gasparri de Garbaniate potestatis et domini Guelfi de filiis oddonibus Capitanei Communis et populi Bononie, ex vigore reformationis consilii populi et masse populi Bononie, scripta manu mei Jacobi Bonaventure de Cospis notarius, sub annis domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo Indictione undecima.

- D. Manfredinus condam Gerardi de Sesto, cap. Sancti Andree de Platixiis.
- D. Vicentius Dati Sartoris, cap. S. Nicholay burgi S. Felicis.
- D. Stephanus condam domini Alberti, cap. S. Proculi.
- D. Jacobus condam domini Salvi aurifex, cap. S. Damiani.
- D. Guglielmus condam Nascimpacis de Mealdis, cap. S. Agate.
- D. Çacharias condam domini Pacis Aurificis notarius, cap. S. Damiani.
- D. Adrianus condam Montanaris, cap. S. Martini de Aposa.

- D. Jacobus condam Bombogni Cambi notarius, cap. S. Marie Magdalene.
- D. Duçolus condam Guidonis, cap. S. Damiani.
- D. Johannes condam Petri de S. Rophyllo, cap. S. Damiani.
- D. Egidius condam Aldrevandini de Argelata, cap. S. Marie Maioris.
- D. Jacobus domini Jacobi Berardi, cap. S. Thome de Merchato.
- D. Johannes domini Pacis Bernardini, cap. S. Proculi.
- D. Seymon domini Petroboni, cap. S. Felicis.
- D. Bonfante condam Aymerici, cap. S. Cathaldi.
- D. Moricius condam Johannis de Ledoixiis, cap. S. Martini de Aposa.
- D. Johannes domini Pacis Cavedonis, cap. S. Johannis in Monte.
- D. Anthonius domini Michaelis, cap. S. Nicolay de Albaris.
- D. Pasquale condam Benvenuti cap. S. Damiani.
- D. Cervatus condam Johanni de Monte Ombraro, cap. S. Laurençii de porte Steri.
- D. Marchus domini Jacobi de Caniculo, cap. S. Laurençi porte Steri.
- D. Dondedeus domini Zacharie, cap. S. Proculi.
- D. Jacobus condam domini Vanducii de Vanduciis, cap. S. Georgii de Poçali
- D. Ugolinus condam Johannis de Gomborutis, cap. S. Ysaie.
- D. Pestorius condam Mangerii, cap. S. Michaelis de Lebroseto.

F. I-B:

- D. Jacobinus condam Johannis de Lodoixiis, cap. S. Martini de Aposa.
- D. Rodulfus domini Johannis, cap. S. Marie Maioris.
- D. Jacobus condam Francischi de Corvis, cap. S. Marie de Oxelitis.
- D. Thomas domini Richi, cap. S. Georgii de Poçalis.
- D. Laurentius domini Michaelis notarius, cap. S. Nicolay de Albaris.
- D. Boniohannes condam Petri de Cosbellariis, cap. S. Marie de Templo.
- D. Bonaventura domini Moriçii de Ledoysiis, cap. S. Martini de Aposa.
- D. Dinus condam domini Calonici, cap. S. Thome de Mercato.
- D. Rolandinus Viçençii Dati sartoris, cap. S. Nicolay burgi S. Felicis.
- D. Bartholinus condam Novelli, cap. S. Marie de Claviga.
- D. Ragnerius condam Gerardi de Sexto, cap. S. Andree de Platixiis.
- D. Fulchus quondam Petriçoli, cap. S. Mamoli.
- D. Albertus quondam Thomaxini Calcagni, cap. S. Martini de Sanctis.
- D. Andreas quondam Bernardini, cap. S. Marie de Muradellis.
- D. Bertholinus quondam Blaxii de Mançolino, cap. S. Senixii.
- D. Johannes quondam Jacobini Benlafaremo, cap. S. Andree de Ansaldis.
- D. Bonacosa quondam Bonaventura de Cocha, cap. S. Laurençii Porte Steri.
- D. Jacobinus quondam Dondi de Saliceto, cap. S. Martini de Aposa.

D. Marinus domini Bandini, cap. S. Damiani.  
D. Johannes quondam Bendidey de Caniculo, cap. S. Laurençii Porte Steri.  
D. Jacobinus quondam domini Calonici, cap. S. Thome de Merchato.  
D. Salvestrus quondam Pantaleonis, cap. S. Çervaxii.  
D. Johannes quondam Donadelli, cap. S. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Andreas quondam Nicholay Ambroxii, cap. S. Damiani.  
D. Johannes domini Vinçençii Dati Sartoris, cap. S. Nicolay burgi S. Felicis.

F. 2-A:

D. Bitinus quondam Boniohannis Calderarii, cap. S. Martini.  
D. Vivianus quondam Nicolay Ambroxii, cap. S. Damiani.  
D. Jacobus domini Vataliani, cap. Sancti Mamoli.  
D. Giliolus domini Zacharie, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Bonaventura Johannis Bonaçunte, capelle S. Johannis in Monte.  
D. Bombolognus condam Bombologni Cambii, capelle S. Marie Magdalene.  
D. Bitinus condam Petriçoli Pelacani, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Johannes Michaelis de Bixano, cap. S. Vitalis.  
D. Rolandus condam Michaelis Calcagni, cap. S. Martini de Sanctis.  
D. Johannes condam Rodulfi de Roserio, cap. S. Mamoli.  
D. Guiglielmus condam Seyghefredi, cap. S. Marie de Muradellis.  
D. Johannes condam Lanfranchi, cap. S. Nicolay burgi S. Felicis.  
D. Petrus domini Usepi, cap. S. Proculi.  
D. Petriçinus condam Guiglielmi, cap. S. Proculi.  
D. Federicus quondam Nibaldi, cap. S. Lucie.  
D. Nardus quondam Petriçoli Rustigani, cap. S. Marie de Muradellis.  
D. Pax fratris Beraldi, cap. S. Catherine de Saragoça.  
D. Pax quondam Bernardini, cap. S. Proculi.  
D. Nicholaus quondam Mixini Bardelle, cap. S. Lucie.  
D. Graydanus quondam Fantolini, cap. S. Blaxii.  
D. Dominicus quondam Nicolay, cap. S. Cecilie.  
D. Bartholomeus quondam Avançi Alberti, cap. S. Dominici.  
D. Anthonius Richomani, cap. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Çambonus quondam Nicolay, cap. S. Marie Maioris.  
D. Nicholaus Seymonis, cap. S. Marie de Muradellis.

F. 2-B:

D. Coradinus condam Alexandri, cap. S. Blaxii.  
D. Graciolus quondam Bologniti, cap. S. Agate.  
D. Johannes quondam Bonacurxii de Ariento, cap. S. Lucie.

D. Johannes quondam Coradini, cap. S. Lucie.  
D. Thomax domini Pistorixii de Mangerii, cap. S. Michael de Lebroseto.  
D. Stephanus quondam Deotacorçe de Anellis, cap. S. Blaxii.  
D. Johannes quondam Çanini de Anellis, cap. S. Marie de Templo.  
D. Franciscus Marixini, cap. S. Leonardi.  
D. Gardus Jacobi Vedoaçi, cap. S. Marie de Muradellis.  
D. Johannes Martini Andree, cap. S. Cristofori.  
D. Petrus quondam Alberti Pasqualis, cap. S. Cristofori.  
D. Blaxius quondam Avançi Alberti, cap. S. Dominici.  
D. Yvanus domini Yvani, cap. S. Proculi.  
D. Jacobus Bonaventure, cap. S. Proculi.  
D. Franciscus quondam Horandi, cap. S. Damiani.  
D. Franciscus quondam Raynerii, cap. S. Cristofori.  
D. Nicholaus domini Petri, cap. S. Andree de Ansaldis.  
D. Jacobus Michaelis Pasqualis, cap. S. Mamoli.  
D. Bençevene Bēnvenuti, cap. S. Catherine de Saragoça.  
D. Franciscus quondam Johannis, cap. S. Cristofori.  
D. Çacharias domini Jacobi, cap. S. Proculi.  
D. Johannes domini Alberti Calchagni, cap. S. Martini de Sanctis.  
D. Franciscus quondam Alberti, cap. S. Proculi.  
D. Bertholinus Vandini, cap. S. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Saporinus quondam Nicholay, cap. S. Marie de Carariis.

F. 3-A:

D. Raymondinus Guiglielmi cap. S. Proculi.  
D. Thomaxinus condam Faciali de Ronchastaldi, cap. S. Donati.  
D. Dominicus Bernardini, cap. S. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Jacobus Aldrevandini, cap. S. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Blaxius quondam Petriçini, cap. S. Leonardi.  
D. Brancha quondam Petriçoli Beltramini, cap. Nicholay de Albaris.  
D. Galexius quondam Petriçoli Beltramini, cap. S. Nicholay de Albaris.  
D. Graciadeus quondam Johannis Masconis, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Guidotus condam Johanni, cap. S. Proculi.  
D. Blondolus Jacobini, cap. S. Dominici.  
D. Ugolinus Bençevenis cap. S. Catherine de Saragoça.  
D. Filixinus quondam Nicholay Ambroxii, cap. S. Andree de Ansaldis.  
D. Johannes quondam Nicholay Ambroxii, cap. S. Andree de Ansaldis.  
D. Jacobus domini Johannis de Massignis, cap. S. Cecilie.  
D. Johannes Ugolini de Gomborutis, cap. S. Ysaie.

D. Matheus Ugolini de Gomborutis, cap. S. Ysaie.  
D. Minatus quondam Ugolini, cap. S. Mamoli.  
D. Nicholaus domini Jacobi Salvi, cap. S. Damiani.  
D. Johannes quondam Gerardi de Sexto, cap. S. Andree de Platixiis.  
D. Petrus quondam Viencii de Gomborutis, cap. S. Ysaie.  
D. Petrobonus quondam Bertholomey, cap. S. Christofori de Germiensibus.  
D. Merchadinus quondam Rolandini clerici, cap. S. Benedicti.  
D. Thomas quondam Viencii de Gomborutis cap. S. Ysaie.  
D. Bertholinus Ugolini Gerardi, cap. S. Marie Maioris.  
D. Jacobus quondam Oselli, cap. S. Blaxii.

F. 3-B:

D. Jacobus quondam Bernardini, cap. S. Blaxii.  
D. Petrus quondam Çannis Aniciti, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Laurentius Ricii, cap. S. Lucie.  
D. Ugolinus quondam Mathey, cap. S. Marie de Mascarella.  
D. Jacobus quondam Jacobi Phylipi, cap. S. Cecilie.  
D. Bertholinus quondam Benvenuti de Montepoli, cap. S. Barbaciani.  
D. Anfosinus quondam Blaxii, cap. S. Marie Magdalene.  
D. Andreas domini Naximbenis de Bondinatis, cap. S. Genixii.  
D. Francischus Alberici, cap. S. Caterine de Saragoça.  
D. Martinus Alberti, cap. S. Vitalis.  
D. Johannes Guidonis, cap. S. Christofori de Saragoça.  
D. Açolinus Johannis Fabri, cap. S. Marie de Muradellis.  
D. Francischus quondam Jacobini de Argelata, cap. S. Marie Maioris.  
D. Rodulfus quondam Uguicionis, cap. S. Juliani.  
D. Andreas Vandini, cap. S. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Corvalinus Aldrevandini, cap. S. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Phylipus quondam Aldrevandini, cap. S. Proculi.  
D. Bençevene quondam Siverini, cap. S. Proculi.  
D. Johannes quondam Petri aurifex, cap. S. Mamoli.  
D. Bertus domini Tholomey, cap. S. Lucie.  
D. Nicholaus quondam Johannis, cap. S. Andree de Ansaldis.  
D. Jacobus Johannis Petri, cap. S. Mamoli.  
D. Bombolognus quondam Açolini, cap. S. Dominici.  
D. Thomax quondam Johannis de Sparverriis, cap. S. Mamoli.  
D. Paulus Seymonis, cap. Marie de Muradellis.

F. 4-A:

D. Gerardus domini Manfredini de Sexto, cap. S. Andree de Platixiis.  
D. Nicholaus domini Bonfantis, cap. S. Cataldi.  
D. Jacobus domini Duçoli Guidonis, cap. S. Damiani.  
D. Vanducius domini Jacobi de Vanduciis, cap. S. Georgi de Poçale.  
D. Dominicus domini Alberti Calcagni, cap. S. Martini de Sanctis.  
D. Martinus quondam Bençevenis, cap. S. Caterine de Saragoça.  
D. Marchus Petri Çannis Aniceti, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Richus quondam Meglorati, cap. S. Georgi de Poçale.  
D. Johannes Petri, cap. S. Marie de Muradellis.  
D. Johannes Luciani notarius, cap. S. Proculi.  
D. Meglore domini Pacini, cap. S. Benedicti.  
D. Nicholaus Henrigipti, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Petrus Guidonis, cap. S. Proculi.  
D. Gerardus Bençevenis Maltalenti, cap. S. Mathey de Acharixiis.  
D. Johannes quondam Benvenuti, cap. S. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Franciscus fratris Jacobi de Ramiximis, cap. S. Johannis in Monte.  
D. Nanucius quondam Nicholay Ambroxii, cap. S. Andree de Ansaldis.  
D. Ambroxinus quondam Nicholay Ambroxii, cap. S. Andree de Ansaldis.  
D. Johannis Bolognini de Gesso, cap. S. Lucie.  
D. Symolinus Bolognini de Gesso, cap. S. Lucie.  
D. Dinus Jacobi Aldrevandini, cap. S. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Avancius Bertholini Novelli, cap. S. Marie de Claviga.  
D. Johannes Cambii Anthonii, cap. S. Mamoli.  
D. Garducius Cambii Anthonii, cap. S. Mamoli.  
D. Betholucius Jacobini Bagloli, cap. S. Prosperi.

F. 4-B:

D. Julianus Michaelis, cap. S. Nicholay de Albaris.  
D. Albertucius Michaelis, cap. S. Nicholay de Albaris.  
D. Bartholomeus domini Zacharie, cap. S. Laurençii porte Steri.  
D. Jacobus quondam Cambii, cap. S. Sysmondi.  
D. Jacobus quondam Nicholay Ambroxii, cap. S. Andree de Ansaldis.  
D. Symon Bertholini, cap. S. Catherine.  
D. Matheus Francisci de Argelata, cap. S. Marie Maioris.  
D. Nibaldus Federici, cap. S. Lucie.  
D. Bernardus Andree, cap. S. Marie de Muradellis.  
D. Bartholomeus Johannis domini Pacis Cavedonis, cap. S. Johannis in Monte.

D. Viençius Francisci de Gomborutis, cap. S. Ysaie.  
D. Bonifacius Johannis domini Pacis Cavedonis, cap. S. Johannis in Monte.  
D. Dominicus Gilioli, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Jacobus Johannis domini Pacis Cavedonis, cap. S. Johannis in Monte.  
D. Martinus Phylipi, cap. S. Proculi.  
D. Nicholaus Çamboni, cap. S. Marie Maioris.  
D. Jacobus Phylipi, cap. S. Proculi.  
D. Franciscus Johannis Jacobini Belafaremo, cap. S. Andree de Ansaldis.  
D. Deotacora Stephani de Anellis, cap. S. Blaxii.  
D. Jacobus Johannis Jacobini Belafaremo, cap. S. Andree de Ansaldis.  
D. Johannes Stephani de Anellis, cap. S. Blaxii.  
D. Doticlerius Bonaventure de Ledoyssiis, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Johannes filius Rodulfi, cap. S. Marie Maioris.  
D. Johannes Benvenuti Amighiti, cap. S. Dominici.  
D. Thomax Rodulfi, cap. S. Marie Maioris.

F. 5-A:

D. Bençevene domini Johannis de S. Rophillo, cap. S. Damiani (*su rasura*).  
D. Dominicus Maphey, cap. S. Lucie.  
D. Petrus domini Johannis de Sancto Rophyllo, cap. S. Damiani.  
D. Gerardus domini Boni, cap. S. Lucie.  
D. Jacobus domini Johannis de S. Rophillo, cap. S. Damiani.  
D. Martinus condam Alberti, cap. S. Petri.  
D. Jacobus Gerardi Raynaldini, cap. S. Tome de Mercato.  
D. Brunus domini Jacobi, cap. S. Johannis in Monte.  
D. Jacobus domini Bartholomey de Toaglis, cap. S. Laucençii porte Steri.  
D. Guglielmus domini Dominici Mascaronis, cap. S. Donati.  
D. Paulus quondam Francisci de Corvis, cap. S. Caterine de Saragoça.  
D. Nerius domini Albiçi, cap. S. Lucie.  
D. Franciscus quondam Martini, cap. S. Nicholay burgi S. Felicis.  
D. Baronus quondam Jacobi, cap. S. Lucie.  
D. Nascimbene quondam Michaelis, cap. S. Mamoli.  
D. Oliverius quondam Thomaxini, cap. S. Jori de Poçali.  
D. Petrus Benvenuti, cap. S. Dominici (¹).  
D. Ledoyxius quondam Johannis de Ledoyxiis, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Thomax quondam Lotorengi, cap. S. Marie Maioris.  
D. Curxinus quondam Consul, cap. S. Martini de Aposa.

(¹) Benvenuti... Dominici *su rasura*.

D. Ugolinus Oderici, cap. S. Catherine de Saragoça.  
D. Guglielmus quondam Gervaxii, cap. S. Proculi.  
D. Coradinus Guidonis, cap. S. Petri.  
D. Gutofredus quondam Petri Tranchedi (*sic*), cap. S. Proculi.  
D. Andreas quondam Adelini, cap. S. Georgii de Poçale.

F. 5-B:

D. Duçolus condam Jacobini, cap. S. Proculi.  
D. Blaxius Bonaventure, cap. Marie di Muradellis.  
D. Çone quondam Meglorati, cap. S. Martini de Caçanimicis.  
D. Jacobus Lixii, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Cambius quondam Anthonii, cap. S. Christofori.  
D. Franciscus domini Cambii, cap. S. Mamoli.  
D. Johannes Curxini, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Dominicus Albertucii, cap. S. Lucie.  
D. Casius quondam Guidoti, cap. S. Johannis in Monte.  
D. Petrus Juliani de Butrio, cap. S. Marie Magdalene.  
D. Gilius condam Gerardini Amidey, cap. S. Teele de Lambertaciis.  
D. Bolognitus domini Ricardi Bussolarie, cap. S. Dominici.  
D. Franciscus quondam Johannis de Gomborutis, cap. S. Ysaie.  
D. Johannes domini Vandini, cap. S. Jacobi de Carbonensibus.  
D. Çonus domini Albertucii, cap. S. Jacobi de Platixiis.  
D. Johannes Lixii, cap. S. Martini de Aposa.  
D. Opiçus quondam Bergami, cap. S. Georgii de Poçale.

*Signum tabellionis.* Ego Jacobus Bonaventure de Cospis imperiale auctoritate notarius pro comune Bononie ançianorum et consulum mensis Iunii anni Millesimi ducentesimi Nonagesimi octavi Undecma Indictione, predicta scripsi ss.

**Atti della Società degli Orefici di Bologna anno 1325**

*foglio staccato membranaceo mm. 168 × 280*

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indictione octava, die decimo octavo mensis Junii. Congre[ga]ta societas aurifichum civitatis Bononie secundum formam statutorum dicte societatis de mandato Galixii condam Petriçoli Beltramini massarii societatis predictae pro electione ministrallium, consiliariorum populi et sapientium de massa facienda qui etiam debent de consillio populi civitatem Bononie pro



sex mensibus incoandis in kallendis Julii proxime venturis et finiendis in kallendis Januari proxime venturi inter cetera nomina ministrallium qui electi fuerunt ad brevia in dicta congregatione infrascripta nomina et cetera.

- D. Maxegna condam Miximi Maxegnus Masarius.
- D. Bartholomeus condam Benvenuti de Rusticis
- D. Bomboleonus condam Martini de Cultellis
- D. Bertolinus condam Petroboni
- D. Johannes condam Francisci Ravegnani
- D. Johannes condam Magistri Guidonis
- D. Michael de Chatelani de Busonis
- D. Johannes condam Jacobi Berardi  
ministralles
- D. Nicolaus condam Petri de Chaupeço
- D. Bondi condam Hostaxini
- D. Gerardus condam Bonceneis Maltalenti
- D. Petrus condam Amadey Calvi  
sapientes de massa
- D. Melchionus condam Alberti Goti
- D. Petrus condam Alberti de Salamonibus  
consules populi

Ego Dominicus de Plastellis imperiali autoritate notarius et nunc dicte societatis scripsi ss. ss.

ANNO 1336

*foglio doppio membranaceo mm. 231 × 446*

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, inditione quarta, die septimo mensis setembris, Societatem aurificum civitatis Bononie congregari fecit super domo dicte societatis sapiens et discretus vir dominus Syre Dalimani Massarius et ministralis dicte societatis de consensu et voluntate maioris partis suorum ministrallium qui pro cedula noviter missa per societatem artium et armorum. In qua quidem congregatione interfuerunt ultra quam sesaginta homines dicte societatis. Qui dominus Syre de consensu et voluntate maioris partis ministrallium dicte societatis ibidem existentium propoxuit infrascriptam cedullam et capitula ipsius cedule pro ordine secundum quod in ipsa cedula continetur, cuius tenor talis est « cum statuta nova et cetera... ».

In primis facto partito super primo capitulo qui incipit « in primis quod

statuta posita in volumine dictorum statutorum loquencia de eletione domini potestatis et cetera...

Placuit ponentibus fabas albas, qui fuerunt numero LVIII homines, quod dictum primum capitulum procedat prout scriptum et lectum est. Illi vero quibus predicta displicuerunt et fabas nigras in contrarium posuerunt fuerunt numero tres.

Item facto partito ut supra super secundo capitulo quod incipit « item quod statuta posita in volumine dictorum statutorum in sexto libro loquencia de omnibus causis civilibus et cetera... » placuit ponentibus fabas albas, qui fuerunt numero quinquaginta octo, quod dictum secundum capitulum procedat et sit firmum prout scriptum et lectum est. Illi vero quibus predicta displicuerunt et fabas nigras in contrarium posuerunt fuerunt numero trium.

Item facto partito ut supra super tercio capitulo quod incipit « Item quod statuta posita in volumine dictorum statutorum in septimo libro dictorum statutorum loquencia de contractibus et ulimis volunatibus et instrumentis et cetera... ».

Placuit ponentibus fabas albas qui fuerunt numero LVIII quod dictum tertium capitulum sit firmum prout scriptum et lectum est. Illi vero quibus predicta displicuerunt et fabas nigras in contrarium posuerunt fuerunt numero II.

Item facto partito ut supra super quarto capitulo quod incipit « Item quod statuta posita in volumine dictorum statutorum in octavo libro ipsorum statutorum loquencia de privilegiis et cetera... ».

Placuit ponentibus fabas albas qui fuerunt numero LI quod dictum quartum capitulum procedat et sit firmum pro ut scriptum est et lectum fuit. Illi vero quibus predicta displicuerunt et fabas nigras in contrarium posuerunt fuerunt numero X.

Item facto partito ut supra super quinto capitulo quod incipit « item cum... (?) quedam statuta et cetera... » Placuit ponentibus fabas albas qui fuerunt numero LV quod dictum quintum capitulum procedat prout scriptum et lectum est. Illi vero quibus predicta diplicuerunt et fabas nigras in contrarium posuerunt fuerunt numero VI

Item facto partito ut supra super sexto capitulo quod incipit « Allia vero statuta et reformationes facte et cetera ». Placuit ponentibus fabas albas qui fuerunt numero LV quod dictum sestum capitulum procedat prout scriptum et lectum est. Illi vero quibus predicta displicuerunt et fabas nigras in contrarium posuerunt fuerunt numero VI.

Item facto partito super septimo capitulo quod incipit « Item quod omnia

statuta ordinamenta provixiones et reformationes comunis et populi Bononie et cetera ». Placuit ponentibus fabas albas qui fuerunt numero LX quod dictum septimum partitum procedat et sit firmum pro ut scriptum et lectum fuit. Illi vero quibus predicta displicuerunt et fabas nigras in contrarium posuerunt fuerunt numero I.

Ego Jacobus Mini de Canonicis notarius dicte societatis Aurificum predictis omnibus interfui et scripsi ss.

WANDA SAMAJA



### Lettere inedite dello scultore G. M. Mazza e dei suoi corrispondenti

La Biblioteca bolognese dell'Archiginnasio, tra copiosissime memorie e manoscritti illustranti la vita e la coltura bolognese, specie dei secoli XVII e XVIII, possiede anche un bel gruppo di lettere <sup>(1)</sup> che si riferiscono a Giuseppe Maria Mazza, il nobile artista che, vivendo e operando tra il seicento e il settecento, rinnovò la scultura bolognese con opere di delicata finezza, miti e serene come il suo spirito, vagheggiante una plasticità morbida e aggraziata da cui nascono talora opere di singolare purezza che, con l'affievolirsi dell'impulso creatore, paiono anticipare aspirazioni e valori del primo neoclassicismo <sup>(2)</sup>.

Nel volume B. 153, proveniente dal fondo Hercolani, sono raccolte 19 lettere; di queste una sola fu scritta dallo scultore, tutte le altre furono a lui dirette.

I corrispondenti sono: il Principe Giovanni Adamo Andrea di Liechtenstein, il Cardinale Taddeo dal Verme, il Cardinale Ulisse Giuseppe Gozzadini, il Cardinal Gualtieri <sup>(3)</sup>.

<sup>(1)</sup> Ms. B. 143. cc. 147-167. — L. BARBIERI, *Inventario dei manoscritti della Biblioteca Comunale dell'Archiginnasio di Bologna*, p. 149, Firenze 1933.

<sup>(2)</sup> G. M. Mazza, figlio dello scultore Camillo, con cui fu spesso confuso, nacque in Bologna nel 1653 e vi morì dopo lunghi anni d'infermità, nel 1741. Cfr. G. P. ZANOTTI, *Storia dell'Accademia Clementina*, II, 3-14, Bologna, 1739.

<sup>(3)</sup> Tra le lettere di G. P. Zanotti, conservate nella Biblioteca comunale (Ms. B. 163 c. 1.), una è indirizzata a G. Mazza in Bologna, in data 19 marzo 1723, e si

Scegliendo quelle lettere che possono avere un certo interesse, sia perchè ci offrono sicuri dati cronologici, sia perchè trattano d'opere sue ancora in parte esistenti, primeggia il gruppo delle nove missive inviate da Giovanni Adamo di Liechtenstein allo scultore dal 2 marzo 1692 all'11 ottobre 1702.

Certo molte lettere intermedie sono andate smarrite; tuttavia quelle che restano ci permettono di seguire con sufficiente sicurezza i rapporti intercorsi tra il Principe e lo scultore, massime nei primi tre anni. Nell'Archivio dei Liechtenstein, oltre una lettera di G. Mazza, cortesemente comunicatami dal Prof. Wilhelm, si conservano molte lettere scambiate tra il Principe e Marcantonio Franceschini, nelle quali si parla più volte del Mazza, sì da far credere che il Franceschini divenisse ben presto cortese mediatore tra lo scultore e il Principe <sup>(1)</sup>.

Giovanni Adamo Andrea di Liechtenstein, duca reggente di Oppavia e Carnovia, Consigliere di Stato di Sua Maestà Cesarea <sup>(2)</sup>, fu ardito e munifico principe che, ristorato e accresciuto l'avito dominio, edificò in Vienna il grande palazzo che iniziato nel 1699 dall'italiano Abate Domenico Martinelli <sup>(3)</sup>, fu compiuto soltanto 12 anni più tardi, degnissima sede della splendida Galleria che egli veniva raccogliendo in quegli anni per suo piacere e per sua gloria.

Nella piccola corte dei Liechtenstein non erano ancora penetrate la moda e l'arte di Francia, e Giovanni Adamo amava sopra tutto quel « buon gusto italiano » che non è difficile identificare

riferisce al pagamento d'un quadro, non facilmente identificabile, dello Zanotti, avvenuto con la mediazione del Mazza.

<sup>(1)</sup> La copiosa corrispondenza epistolare scambiata tra il Principe e M. A. Franceschini, fu studiata e pubblicata da F. WILHELM: *Neue Quellen zur Gesch. d. Fürstlich. Liechtensteinischen Kunstbesitzen*. Jahrbuch d. Kunsthistor. Instit. d. K. K. Zentral Kommission, 1911

<sup>(2)</sup> Giovanni Adamo di Liechtenstein, nato nel 1656 a Vienna, ristorò le fortune della famiglia acquistando i domini di Schelleberg e Vaduz in Svevia. Edificò a Vienna i due palazzi di Rossau e della Bankgasse, e iniziò la celebre Galleria. Morì nel 1712. Cfr. G. FALKE, *Geschichte d. Fürstl. Hauses Liechtenstein*, vol. 3. Vienna 1868-1882.

<sup>(3)</sup> Domenico Martinelli nacque a Lucca nel 1650, lavorò molti anni a Vienna, collaborando certamente ai due palazzi dei Liechtenstein. Morì nel 1718.